

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Honestas c
cum fontibus proximo et primis

Nichil turpe faciendum bono uiro, eciam si ex omni parte lateat,

eciam si omnes deos hominesque celare possimus.
Nichil tamen in nobis auare, nichil iniuste, nichil libidinose,
nichil incontinenter esse faciendum.

Sapientis enim est proprium nichil,
quod penitere possit facere, nichil iniuste, sed splendide,
constanter, grauiter, honeste omnia.

Tullius libro III. de officiis.

His conformiter dixit Tull. lib. 3. de offic. c. 9.

Nichil turpe faciendum bono uiro, etiamsi ex omni parte lateat;

vbi introducit fabulam,

et ponit exemplum de Gygaeo annulo inuento in equo aeneo in hiatu terrae,

quem si quis portaret super se, non poterat videri ab aliquo,

licet ipse posset videre omnia,

sicut habitum est de hoc in Communiloquio prolixius parte 3.

Nec propter hoc deberet aliquis aliquid turpe agere, vt ibi ait.

Vnde praemittit: Satius nobis, si modo in philosophia aliquid perfecimus,

persuasum esse debere:

Si omnes Deos, hominesque celare possumus,

nichil tamen a nobis auare, nichil iniuste, nichil libidinose,

nichil incontinenter esse faciendum.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 5.1.2 (Rome, 1655, pp.293-4).

Vt enim ait Tull. lib. 5. Tusc. c. 28.

Sapientis est proprium, nichil,

quod poenitere possit, facere; nichil iniuste, sed splendide,

constanter, grauiter, et honeste omnia facere.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 5.2.5 (Rome, 1655, pp.300-1).

Atque etiam ex omni deliberatione celandi et occultandi spes opinioque removenda est;

satis enim nobis,

si modo in philosophia aliquid profecimus,

persuasum esse debet,

si omnes deos hominesque celare possimus,

nichil tamen auare, nichil iniuste, nichil libidinose,

nichil incontinenter esse faciendum.

Cicero, *De officiis*, 3.38 (M. Winterbottom ed., p.123, ll.16-21).

Sapientis est enim proprium nichil

quod poenitere possit facere, nichil invitum, splendide,

constanter, grauiter, honeste omnia,

nichil ita exspectare quasi certo futurum....

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.28.81 (T.E. Page et al. eds., p.508).